

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Iuveni Doctissimo & humanissimo Dn. Cunrado Coccaeo Phil. & Theol. Studioso, adornant Populares. Omnium Ordinum Cives Academicos ... sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462502>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,  
in C. Coccaeus.

R. 1639.

23







119  
22.  
RECTOR

*Universitatis Rostochiensis*

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiæ Doctor &  
Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

*Juveni Doctissimo & humanissimo*

DN: CUNRADO

COCCÆO Phil. & Theol.

Studioſo, adornant

POPULARES.

Omnium ordinum Cives Academicos, in  
templum Nicolaitanum ad horam primam  
ſedulo invitatur.



ROSTOCHII

Ljteris NICOLAI KILII, Acad: Typ.

Anno M DC XXXIX.

23

11

RECTOR  
JOHANNES COTHMAN  
S. S. Theologiae Doctor &  
Professor  
AD EXAMINANDUM  
Favorem Doctrinae & humanitatis

DR. CUNYRADO  
COCCORPHI & THEOL.  
STUDIOLABORANT  
POPULARES  
Omnium ordinum Civis Academicos in  
tempore Nicolaitanum ad bonam program  
soluto tractat



ROSTOCKIENSIS  
Litteris Nicolai Kiliacadi Typ.  
ANNO MDCXXXIX



RECTOR

*Universitatis Rostochiensis,*

JOHANNES COTHMAN

S.S. Theologiæ Doctor

& Professor.



Istoria sacra  
Jobi calamitates  
ordine recensens, refert  
adhuc nuntio p. imo lo-  
quente, ac infortuniū  
exponentē, nuntium a-  
lium supervenisse no-  
viq; mali interpretem fuisse. Quod de Jo-  
bo allegato loco dicitur, idem hodierni fune-  
ris deductio confirmat. Nam 28. Martij de-  
functi nostri fratrem HERMANNUM COG-  
CÆUM, terræ unde desumptus fuit reddidi-  
mus, Cujus si pietatem, in studiis diligen-

F 2

tiam



tiam, in moribus modestiam, in vita sinceritatem, in concionando dona respiciamus, illum longiori vitâ dignum fuisse inficias ire nullâ ratione possumus. Hujus juvenis obitus parentis moestissimi, Viri Reverendi & Doctissimi Dn. HERMANNI COCCÆI, Pastoris Lemgovienſis meritissimi, cor non leviter vulneravit. Quod si enim regius Prophetâ David Abschalomum non Abschalomum, filium degenerem, paternæ vitæ insidiatorem, quietis publicæ perturbatorem, ac omnis honestatis osorem tantis persequitur questibus: Fili mi Abscholom, fili mi, fili mi, Quid putabitis facturum aut etiamnum fecisse parentem moestissimum, tristi accepto nuntio, filium patri cognominem, morigerum, non turpi otio deditum, non Baccho, sed studijs immorantem, satis concessisse. Poterat parentem adhuc consolari, filium, CONRADUM in vivis esse, vestigijs fratris defuncti HERMANNI sedulo insistentem. Sed & hæc spes patrem cheu fefellit. Priori ergo vulnere nondum consolidato, ecce aliud infligitur, ut & hîc mutatis personis, eadem quæ in Jobo legitur, agatur comoedia.

Non

Non dubitamus, patrem quæ alios ex sacris  
docet, ipsum met in praxi Christiana adhibi-  
turum, ac cum Jobo dicturum: Domi-  
nus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Do-  
mini benedictum. Grave equidem vulnus  
parentibus inflictum esse fatemur, sed quid  
facient contra illum cujus hæc fuit volun-  
tas, quam quotidie fieri oratione Domi-  
nica petimus omnes. Ut autem more  
recepto de defuncto nostro aliquid dica-  
mus, ipsiusq; vitam paucis attingamus, na-  
tus ipse est Lemgovix, quæ est Metropolis  
civitatum Comitatus Lippiaci, Anno 1613.  
Patre, supra nominato Reverendo & Do-  
ctissimo Viro Dn. HERMANNO  
COCCÆO, Pastore Ecclesiæ Christi a-  
pud Lemgovientes vigilantissimo ac bene-  
merito. Matre Ilsebe Hendentamps / hi  
parentes ex sacris edocti literis, filium,  
suum natura esse iræ filium, in peccatis  
conceptum & natum, ordinarium regene-  
rationis Sacramentum Baptismum scilicet il-  
li conferri curarunt. Et quia à teneris assue-  
scere multum est, deinceps crescente æta-  
te, quæ aliàs crescere solet malitia, illum

bonis literis & artibus informandum fidei  
præceptoribus tradiderunt. Et illos ha-  
ctenus in scholis trivialibus fecit progres-  
sus, ut altioribus studiis dignus judicatus  
sit. Proinde patre annuente in hanc ve-  
nit Universitatem, ante biennium ferme  
Anno 1637. 9. Junij, & præunte fratre  
HERMANNO ante quinq; septimanas  
eodem ferme die & hora naturæ debitum  
solvente, studia antea in Schola patria  
bene cæpta, hic fideliter continuavit. Et  
quia posita causa in actu nec impedita sequi-  
tur effectus, ita posita defuncti nostri in-  
studijs diligentia, nullo modo dubitandum  
fuisse, quin aliquando effectus subsequen-  
tus & Scholis aut Ecclesijs utilis extrisset,  
Quod & hinc colligere est quod pietatis fue-  
rit amantissimus. Verissimum est Apostoli  
immediato Spiritus S. impulsu scribentis  
dictum: pietas ad omnia utilis, promissio-  
nem habens hujus & futuræ vitæ. Quia  
itaq; in vera pietate studia sua exorsus est,  
extra omnem dubitationis aleam positum  
fuisse, DEUM clementissimum defuncto  
nostro CONRADO COCCÆO, ejusq;  
ho-

honestis conatibus in D E I gloriam & Ec-  
clesiæ ædificationem susceptis benedixisse.  
Pietatis argumentum est, quod præterito  
die Solis, usus confessionario Viro Reve-  
rendo ac Præstantissimo Dn. JOHANNE  
STEINIO, Pastore in æde S. Nicolai di-  
gnissimo, amico nostro dilecto, Cenam,  
Dominicam ad confirmationem fidei, sum-  
psit. Ante biduum corporis languorem,  
sentire coepit, qui tamen non statim ipsum,  
lecto affixit. Verum 26. hujus mensis cir-  
ca noctem ita vires ipsius, corpus licet adhuc  
videatur vegetum, fuerunt debilitatæ, ut  
circa quartam matutinam, qua eadem ferme  
hora, sicuti paullo ante dictum, frater ipsius  
expiravit, animam Deo creatori redderet.  
A vobis civibus Academicis, nomine moe-  
rissimorum parentum petunt populares, fu-  
neris deductionem promoventes, ut res-  
pectivè discipulo dum vivebat morigerò, & co-  
militoni in castris musarum strenuè non  
segniter ut multorum mos est, pugnan-  
ti, ultimum hoc humanitatis officium præ-  
stare dignemini, & præsentia vestra funeris  
processum exornare velitis. Inviti quidem  
sæpius populares hoc anno & quod excur-  
sit,

rit, moleſſiam vobis civibus Academicis  
hac petitione crearunt; Defunctus enim  
hodie efferendus, nonus erit popularium  
qui annuo ſpatio naturæ debitum hîc  
ſolverunt. Sed quid facient? DEO avo-  
canti merito obtemperandum. Sive id fiat  
in Academia, ſive extra, perinde eſt. Qui in  
Academia moriuntur, illi ex terreſtri in cœ-  
leſtem deducuntur. Quæ felicitas cum de-  
functo noſtro contigerit, eandem illi non  
invidemus. Fiet vero conventus in æde Ni-  
colaitana ad horam primam. P.P. Roſt.  
ſub ſigillo Univerſitatis 31. Maij

Anno 1639.














honestis conatibus in DEI  
clesiæ adificationem suscept  
Pietatis argumentum est, o  
die Solis, usus confessionar  
rendo ac Præstantissimo Dr  
STEINIO, Pastore in æde  
gnissimo, amico nostro dil  
Dominicam ad confirmatio  
psit. Ante biduum corpor  
sentire coepit, qui tamen no  
lecto affixit. Verum 26. hu  
ca noctem ita vires ipsius, co  
videatur vegetum, fuerunt  
circa quartam matutinam, q  
hora, sicuti paullo ante dictu  
expiravit, animam Deo er  
A vobis civibus Academicis  
tissimorum parentum petur  
neris deductionem promov  
ctivè discipulo dum vivebat  
militoni in castris musarum  
segniter ut multorum mos  
ti, ultimum hoc humanitati  
stare dignemini, & præsent  
processum exornare velitis.  
læpius populares hoc anno



the scale towards document

Ec  
kille.  
erito  
eve  
NNE  
i di  
am,  
sum  
tem  
sum  
s. cir  
dhuc  
, ut  
erme  
psius  
deret.  
moe  
s, fu  
espe  
& co  
non  
gnan  
præ  
neris  
idem  
xcur  
sit,